

## 464 DE BELLO ALEXAN.

decedere ad praemia, atq; honores accipiendos in Italiam jubet. Auxilia Dejotari domum remittit, duas legiones cum Coelio Vintiano in Ponto reliquit. Ita per Gallograeciam, Bithyniamq; in Asiam iter facit, omniumq; earum Provinciarum de controversijs cognoscit, & statuit iura in Tetrarchas, Reges, civitates distribuit. Mithridatem Pergamenum, quo rem feliciter, celeriterq; gestam in Aegyptō supra scripsimus, regio genere ortum, disciplinae etiam regijs educatum (nam cum Mithridates Rex Asiae totius propter nobilitatem Pergamo parvulum secum asportauerat in castra, multosq; tenuerat annos) Regem Bosphori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat: Provinciasq; populi Rom. a barbaris, atq; inimicis Regibus interposito amicissimo Rege, munit. Eidem Tetrarchiam legibus Gallograecorum, iure gentis, & cognationis adjudicavit, occupatam, & possessam paucis ante annis a Dejotaro. Neque tamen usquam diutius Caesaris moratus est, quam necessitas urbanarū seditionum pati in Italia videbatur. Rebus felicissimè, celerrimeq; confectis in Italiam celerius omnium opinione venit.

Vid. infr. Glareani annotationes pag. 131. - 132.

A. HIRTII AVT  
OPII COMMENTARIORVM DE  
bello Africano liber  
quintus.

**C**AESAR itineribus justis confectis, nullō die intermissō ad XIII. Calendarum Ian. in Libæum peruenit, statimq; ostendit sese naves velle

LIBER

velle conscendere, cum non a  
haberet unam, equitesq; iux  
secundum litus ipsum constitu  
Hoc eō consilio fecit, i  
operaret, & ut omnes in dies  
per il tempus, ut tempestat  
haberet. Nihilō tamen m  
continere, & nullam  
professionis, cum praesert  
adversarioru  
legiones regie quatuor, le  
legionis legiones decem, ele  
complures, tamen no  
confidebat. Interim i  
onerarie complu  
legiones tyronum comenit  
equitum ad duo millia  
duobus millibus,  
longas imponeba  
maiorē partem na  
petere Aponianam,  
bona paucorum  
pretori, qui Siciliam o  
& de reliquō exe  
mandatis, ipse nauem  
& reliquas naves st  
celerrimè, celeriq; navigio ne  
paucis navibus in